



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt diaconi suam mensuam custodiant. lvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

cato. De his autem subtilius ac latius loqui debueram, sed dum me & curarum tumultus præmunt, & harum portitor ut laxaretur importunus extitit, vnde multa debui, pauca locutus sum.

De energumenis baptizatis. Cap. LIII.

Energumeni baptizati de purgatione sua curantes, si *Ex cœcil.*
se solitudini clericorum tradunt, monitisque ob- Arausice,
temperant, omnimodis communicent, sacramenti ipsius *cap. 13.*
virtute vel muniendi ab incursu dæmonis quo infestan-
tur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vitæ purgatio.

De energumenis & catechumenis baptizandis.

Caput LIII.

Energumenis & catechumenis in quantum vel neceſ- *Ex eodē*
ſitas exegerit, vel opportunitas permiſſerit, de ba- *cap. 14.*
ptismate consulendum.

De rebaptizatis. Cap. LV.

CVM rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo par- *Ex cœcil.*
ticipent. *Euerdēsi,*
cap. 14.

De presbytero qui recte baptizatum denovo baptiza-
uerit, et non recte baptizatum ab hereticis non
baptizauerit. Cap. LVI.

Episcopus aut presbyter si eum qui secundum verita- *Ex cœcil.*
tem habuerit baptismā denovo baptizauerit, aut si *Lugdunē,*
pollutum ab impiis, & non recte baptizatū nō baptizau- *cap. 47.*
erit, deponatur, tanquam deridens crucē & mortē domini,
nec sacerdotes veros à falsis sacerdotibus iure discernens.

Ut diaconi suam mensuram custodiant. Cap. LVII.

Diacones quoque propriam constituimus seruare men- *Ex decre.*
suram, nec ultra tenorem paternis canonibus depu- *Gelasii*
tatum, quipiam tentare permittimus: nihil eorum suo *papæ ca.*
ministerio penitus applicare, quæ primis ordinibus pro- *7.*
priæ decreuit antiquitas. Absque episcopo & presbyte-
ro baptizare non audeant, nisi prædictis fortassis officiis
longius constitutis, necessitas extrema compellat, quod
& laicis Christianis facere plerumque conceditur.